

Joachim Stockmann

**Rector Academiae Rostochiensis, Joachimus Stockman, Philos. & Med. D.  
Physices Professor. ad exsequias quae Filiolae ... Barbarae Clotziae, hodie hora  
prima a parentibus moestissimis parabuntur, Cives Academiae invitat**

Rostochi[ij]: Pedanus, 1633


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743444X>

Druck Freier  Zugang



Stockman, J.,  
in B. Clotz.  
R. 1633.

21





3

RECTOR  
Academiæ Rostochiensis,  
JOACHIMUS STOCKMAN,  
Philos. & Med. D. Physices  
Professor.

*ad exsequias*

quæ

*FILIOLÆ MELLITISSIMÆ*

BARBARÆ  
CLOTZIÆ,

hodie hora prima à paren-  
tibus mœstissimis para-  
buntur,

*Cives Academiae invitati.*



ROSTOCHI,

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.  
ANNO M. DC. XXXIII.

21.



RECTOR  
Academix Rostochiensis,  
JOACHIMUS STOCKMAN,  
Philos. & Med. Doct. Physices  
Professor.



Ubi dubiam quæ-  
stionem argumentis  
confirmare satagunt,  
ij locos artis quasi ar-  
culas quasdam excu-  
tiunt, ut inveniunt, quæ suæ rei putant  
esse idonea. Humani generis morta-  
litas etsi dubia non est, tamen inveniū-  
tur qui eam quasi dubiam curiose ra-  
tionibus exquisitis ex media arte peti-  
tis adstruunt, & picturis coloribusq; ut  
minus evidentem illustrare conan-  
tur. Quæ licet omnia suo tempore suū  
locum inveniunt, habeantq; tamen u-  
nius

nus experientia argumentum licet  
*anzov*, cæteris omnibus evidentius vi-  
detur esse : cum ea suppeditet nobis  
regulam hætenus omni exceptione  
majorem, Omne quod natum, qua ho-  
ra natum est, quo horæ momento, eo  
ipso morti ob noxium esse. Neq; ullum  
exemplum hætenus dari potuit, quod  
diversum hortaretur. Quin potio con-  
firmat eam hodie quoq; filiola Reve-  
rendi & Clariss. Viri Dn. M. STE-  
PHANI GLOS S. S. Theolog. Professoris  
& Ecclesiastæ Jacobæi collegæ & ami-  
ci nostri plurimum colendi, quæ nu-  
dius tertius hora 8. vespertina simul  
nata est, & per lavacrum regeneratio-  
nis Ecclesiæ in ferta, sed eadem hora ex  
hac vita in alteram translata est. Po-  
tuisset eam in vita ista tenere generis  
ex quo nata est honestas, & spes virtu-  
tis, cui eam sedula parentum educatio



præparasset: sed videtur noluisse hujus  
vitæ incerta ac dubia commoda capta-  
re, interim vero certis atq; indubijs al-  
terius vitæ gaudijs carere. Genus enim  
ducit à parentibus quidem quos no-  
vimus pietate & omni virtutum gene-  
re præditis, patre prædicto, matre CA-  
THARINA *Rungen* lectissima foemina,  
quæ jam hoc altero matrimonio pieta-  
tem & cæteras virtutes probavit. A-  
vus ei paternus fuit STEPHANUS *Glos*/  
p.m. Pastor & Inspector Ecelesiarum  
urbis Lippiensis, dum viveret, vigilan-  
tissimus, hodieq; desideratissimus. Ha-  
buit is fratrem ENGELBERTUM *Glos*/  
J.U.D. & urbis Padebornensis Syndi-  
cum, post Consulem & Consiliarium  
Episcopalem, qui tamen sincero amo-  
re veræ religionis motus Consilia Prin-  
cipis & Episcopi Padebornensis tan-  
dem declinavit. Horum fratrum pa-  
rens,

rens, puellæ defunctæ proavus JOAN-  
NES **Glos**/ Proconsul & civis Padebor-  
nensis, fratrem habuit STEPHANUM  
**Glos**/ Proconsulem item Padebornen-  
sem: cujus filius familiæ istius decus  
etiamnum superstes Vir Amplis. Dn.  
GERHARDUS **Glos**/ J. U. D. & urbis Zu-  
satinæ celebris. in Westphalia Consul  
meritissimus. Superest adhuc in vivis  
avia quoq; paterna EVA **Breden**/hone-  
sta matrona, secundo M. BERNHARDO  
GOSMANNO Pastori Ecclesiæ Marianæ  
Lippiensis nuptum data. Proavus ma-  
ternus fuit Dn. GEORGIUS **Breden**/Se-  
nator per aliquot annos in patria fide-  
lissimus: Proavia materna fuit ELISA-  
BETH **Cochs**/ Dn. CONRADI **Cochen**/  
præfecti olim Steinfürtensis filia: qui  
quæq; omnes virtutum suarum semina  
in hac puella, si adolescere ei decretum  
fuisset, adulta conspicere evidenter

A 3 potuis-

potuissent. Nec minus in eam contu-  
lisset series & virtus materni generis:  
in quo novimus maternum avum Jo-  
ANNEM RUNGIIUM civem hujus urbis  
primariū, patre consule Amplissimo &  
Prudentiss. Viro Dn. HENRICO RUN-  
GIO, præclaræ memoriæ & meritorum  
in hanc civitatem, filium, qui in matri-  
monio suavissimo lectissimæ foeminæ  
HELENÆ GARLINGIÆ, Daventriensis  
Transfulanæ hanc CATHARINAM huj9  
defunctæ, matrem nunc mœstissimam  
pater genuit, sed morte obiens repen-  
tina, primum matri, deinde & succes-  
sori prudentiss. Dn. CASPARI Cuarte-  
fop/ Senatori, non nisi patris vices præ-  
stanti educandam reliquit. Verum li-  
cet eximia sit utriusq; generis præstan-  
tia, tamen hæc puella eam tanti non  
putavit, quin pluris alteram faceret na-  
tivitatem, quæ ex Deo fuit per aquam  
&


& Spiritum S. cuius quam primum  
Compos evasit, non diu morata huic  
vitæ, ut in alteram properaret, valedi-  
xit. Atq; ista quidem ita se habent:  
dubium verò nullum est, quin paren-  
tes hac sua filiola orbati damnum præ-  
sentissimum & maximum istud repu-  
tent, eoq; moerorem sentiant & ægri-  
tudinem damno congruenrem: neq;  
enim probari potest ille stoicorum ri-  
gor & affectata durities quasi quicquid  
*ἐν τῶν μὴ ἐφ' ἡμῖν* fuerit, nihil ad nos perti-  
neat. Alia certè ipsius naturæ vox est,  
alia Christianismi & Philosophiæ san-  
ctioris ratio. Quod enim pars quæ-  
dam nostri est quomodo avelli possit  
sine dolore: qui durissimis etiam &  
sua sibi opinione robustissimis animis  
aliquem sensum, velint nolint fateri,  
incus sum relinquit: ita ut naturæ i-  
psius confessio stoicismū istum refellat.

Licet

Licet enim in potestate nostra non sit fati ordinem inordinatum, ut nobis videtur, impedire vel emendare: tamen hinc nullo modo efficitur, rem ipsam nihil ad nos pertinere, neq; dolorem nullum inferre, sequamur igitur potius Christianam regulam & nostrum dolorem in his casibus leniamus consideratione voluntatis & providentiæ divinæ, spe resurrectionis futuræ & exemplo sanctorum, in quibus præter cæteros eminet rex & vates Israël David, vir, ut eum sacræ literæ nominant, secundum Cor Dei, qui filiolum ægotantem quidem lacrimis, sordibus & jejuniis alijsq; doloris testimonijs & indicijs persecutus est: mortuum vero non amplius luxit, sed in sanctam Domini ædem se contulit, & se consolatus est spe resurrectionis futuræ efficacissima. Sed ista ut condolentiam nostram testantur quidem, ita parum esse videntur hoc tempore necessaria: Siquidem parens defunctæ puellæ, licet mœstissimus & nube quadam doloris obductus, ista per Spiritus S. gratiam rectius per se novit, nec minus conjugii dilectissimæ pariterq; mœstissimæ, quam sibi, in consolando opis adferre poterit: Illud à nobis magis postulat officij nostri ratio, ut frequenti conventu ad funus prosequendum testemur, quod vicem parentum tristissimorum doleamus, quod meliorem ijs fortunam deinceps optemus, quod mortalitatem nostram recordemur & meditemur, quod salutem Academiæ, civitatis, provinciæ, adeoq; omnium in ijs viventium, præcipuè Illustrissimorum & Celsissimorum principum Deo Opt. Max. precibus, in corde magis, quam in ore natis commendemus. Porro conventus fiet hora prima in templo Jacobæo. P.P. sub Sigillo Rectoratus 22. Febr. Anno M. DC. XXXIII.

•••











& Spiritum S. cujus  
 Compos evasit, non di  
 vita, ut in alteram prop  
 xit. Atq; ista quidem  
 dubium verò nullum e  
 teshac sua filiola orbat  
 sentissimum & maxim  
 tent, eoq; mœrorem se  
 tudinem damno cong  
 enim probari potest ill  
 gor & affectata durities  
*ἐν τῷ μὴ ἐφ' ἡμῖν* fuerit, nih  
 neat. Aliacertè ipsius  
 alia Christianismi & Ph  
 ctioris ratio. Quod e  
 dam nostri est quomoc  
 sine dolore: qui duris  
 sua sibi opinione robur  
 aliquem sensum, velint  
 incus sum relinquit: i  
 plius confessio stoicismi

rimum  
 ta huic  
 valedi  
 abent:  
 paren  
 m præ  
 l repu  
 & agri  
 : neq;  
 rum ri  
 icquid  
 s perti  
 ox est,  
 iæ fan  
 s qua  
 possit  
 iam &  
 animis  
 fateri,  
 turæ i  
 efellat.  
 Licet

